



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Verissimum sanè est, eadem quæ peccatori mortem afferunt, vitam & salutem & contra eidem afferre tum, ubi se agnoscere, vitamq; resipiscens in melius mutare decrevit. Hujus in rei figuram videmus filios Israel in deserto, ab ignitis serpentibus, in idololatriæ castigationem immisissis, sauciari, & eos ipsos ilicò à serpente alio æneo conspecto, persanari; serpentes scilicet primi neci dabant, & ænei rursus intuitus vitam pariebat. Quo mysterio haud dubiè declaratur, ea ipsa, quæ perniciem interdum nobis creant, esse sæpe media & causa, quibus salutem nanciscamur. Ne verò longius exempla petitori abeamus, ipsum pestilitatis hodiernæ contagium perniciæ & interitûs nostri quoad corpus, & vicissim felicitatis propriæ animæque salutis occasionem esse, nemo negabit. Illa siquidem morbi species, horam, quâ ultimus conflictus ineundus, horam, quâ atrox mortis impetus expectandus, horam, quâ omnibus caris & amicis valedicendum est, diemque, quo corpus patietur, anima hinc emigrabit, oculi occludentur, frons in rugas contrahetur, vultus pallorem induet; tempus, quo cerebrum vertiginem experietur, lingua balbutiet, cor anhelabit, caput torquebitur, & os misericordiam postulabit, affert quàm citissimè: Econtra verò illud ipsum quoque morbi genus animam ad vitam jucundiorè, locum desiderabiliorè, patriam quietam, cujus fines pax, cujus termini æternitas, cujus hæreditas delitiæ & lætitiæ, ubi nulla signantur tempora, ubi nullæ horæ, dies aut anni numerantur, ubi omnia ad unum diem tempora revocata sunt, ubi morborum amplius planè nihil, nulla nox aut tenebræ, desert quàm ocyssimè. Libenter ergo Dei voluntatem hac quoque in parte amplectemur, & morbi hujus amaritudinem cœlestis gloriæ memoriâ & æterni certâ spe præmii in Christi merito per fidem fundatâ, adipiscendi, cum Moyse Israëlitarum ductore tollamus. Illius enim labores & molestias, quas sustinuerat, ejusque infractam constantiam Epistola ad Hebræos cap. 11. 26. recensens, illum solâ cœlestis gloriæ consideratione invitatum his omnibus se ait exposuisse: ἀπέλασπε γὰρ εἰς τὴν μετὰ τὸν θάνατον δόξαν: Respectum enim habebat, inquit, remunerationis, vitæ scilicet æternæ. Si ergò cœlestis gloriæ amplitudo tantum apud virum in terris afflictissimum potuit, ut in omnibus difficultatibus infractus permaneret, ecquæ nostra cæcitas est, ut illam felicitatem in mentem revocantes, eandem tamen constantiam non assumamus, inque laboribus & adversitatibus ceu mediis ad illam gloriam perveniendi certissimis, tolerandis, quamvis cum vitæ, in hoc morbi etiam genere finiendæ, discrimine, invictos nos non præbeamus? Pro exemplo autem nobis & posteritati serviat, Matrona pientissima, inque omni muliebrium virtutum genere exercitatissima, CATHARINA, Viri Amplissimi & Consultissimi, Dn. CASPARIS JUNGERMANNI J. U. D. & Facultatis Juridicæ Subsenioris, generosissimæque domus Schönburgiæ Consiliarii eminentissimi uxor, quæ & ipsa jam communi morbo obruta quidem fuit, sed in illo ipso etiam oculis in cœlum erectis æternæ amplitudinem gloriæ ocyûs arripuit, ad eamque istius interventu morbi nunc pervenit quàm citissimè.

Nata est autem ἡ μακαρίτης Anna Bergæ, oppido à fodinis metallicis sat nobili, anno Christi supra sesquimillesimum, octuagesimo quarto, die Mens. Februarii II, ex piis ac honestis parentibus, admodum Reverendo & Clarissimo Viro, Dn. Magistro Paulo Jenisse, olim Concio-natore aulico primario, ac supremi Confessorii Dresdæ Assessorè dignissimo; & Catharina, Dn. Johann Seytze / quondam Serenissimi Principis Georgii Ducis Saxonie, Secretarii intimi, & posthac Electoris Saxonici in fodinis Annæbergenibus Distributoris, ejusdemque Reipublicæ Senatoris prudentissimi filia. Qui parentes sibi curæ esse passi sunt, ut sua hæc filia, cujus singulari amore toti calebant, in pietate primis ab unguiculis, nec non aliis Christianarum virtutum exercitiis, tam domi, quàm in scholâ, probè informaretur. Cumque moribus ac virtutibus aliis ita profecisset, rei que familiaris administrandæ modum per annos XXI. addidisset, nuptui data est suis à parentibus prædictis, anno supra millesimum sexcentissimum, quinto, superius nominato Dn. D. CASPARI JUNGERMANNO, nuptiis in Electo. ali. urbe Dresdâ, X. Mens. Novembris die votivis gratulationibus peractis. Quod conjugium etiam nec austerum aut rigidum fuit, nec sterile; licet ambo conjuges iterum orbatii fuerint, quos in illo susceperant matrimonio, filiis duobus, unicâque filia, Primogenitum siquidem CASPARUM, XXIV. Decembris, anni cl o l o c x i v. ætatis verò suæ anno XVII; Et alterum PAULUM JOACHIMUM, quatuordecim post dies, à primii morte, anno ætatis suæ XI, piè jam denata, cum filiola, in teneris adhuc præmiserit. Aliàs novimus omnes qualem se in vita μακαρίτης gesserit, talem nempe, ut famæ honestissimæ præmium omnium suffragiis meruerit, decor siquidem, & exemplum muliebris sexûs, in primis verò pietatis exercitiis fuit seditissima, quam & diligenti auditione verbi cœlestis, nec non frequente ad sacram Synaxin accessu testatissimam fecit. Ex qua radice constans amor maritalis, singularis modestia, humilitas item, ac indefessum domæsticæ rei studium, aliæque virtutes, quæ sexui muliebri ornamento sunt, pullularunt, suamque acceperunt robur. In primis autem miseriam ex gemino filiorum obitu duplicatam, piis solummodò precibus ac fideli patientia levavit, semper illud satagens, ut & ipsa eodem filios carissimos, quos ad æternæ fruitionem vitæ præmiserat, beatè tandem sequi posset. Quotidiè ergò mortem anhelans, proximo etiam Martis die, antequam sequenti luce contagioso hoc correpta fuit morbo, in antecessum funerationis suæ modum consignare, textumque funebrem seligere, nec non die Jovis proximo, saluberrimi viatici Corporis ac Sangvinis JESU CHRISTI assumptione ad beatam analysin se præparare non intermisit. Quamvis verò medicamina etiam exquisitissima non neglexerit, piissimis tamen precibus piè denata, & ardentissimis suspiriis, cum morbi & symptomatum vehementiam naturâ superiore esse cerneret, beatam analysin in vera Redemptoris nostri fiduciâ & flagitavit, & tandem etiam integro rationis usu inter multorum recitationem dictorum Scripturæ validissimorum, proximo die Solis, horam circiter septimam matutinam, ætatis anno XLIX. eandem obtinuit. Quia autem hodierni diei horâ I. ultatis funeram ceremoniis corpus exanime ad sepulturam efferebatur, omnes, qui jurisdictioni nostræ suppositi præ-sentes sunt, hortamur, ut in Paulino frequentes confluant, diuinæque funus nobiscum religiosè prosequantur; facturi hoc nomine Dn. Marito superstii charissimo, nec non Dnn. fratribus piæ defunctæ mœstissimis, rem sine dubio longè gratissimam, PP. Lipsiæ, XXVI. Mensis Septembris. ANNO CHRISTI cl o c x x x i i.

LIPSIÆ, Typis Hæredum Abrahami Lambergii.

ГІРЪ СІЕНЦІІ
РЕКТОРЪ АКАДЕМІЇ

RECURSUS

Hydrometallurgische Beschreibung

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Aerisimum sanè est, eadem quæ peccatori mortem afferunt, vitam

evit. Hujus in re-
nissis, fauciarum, &
nei rursus intuitus
eant, esse sæpe me-
:stilitatis hodiernæ
alutis occasionem
n, quâ atrox mor-
c emigrabit, oculi
balbutiet, cor an-
bi genus animam
:bi hereditas delicta &
borum amplius planè nihil, nulla nox aut tenebræ, desert quàm ocysimè. Libenter ergo Dei voluntatem hac quoque in parte amplectemur, & morbi hujus amaritudinem cœlestis gloriæ memoriâ & æterni certâ spe præmi in Christi merito per fidem fundatâ, adipiscendi, cum Moyse Israëlitarum ductore tollamus. Illius enim labores & molestias, quas sustinuerat, ejusque infractam constantiam Epistola ad Hebræos cap. 11. 26. recensens, illum solâ cœlestis gloriæ consideratione invitatum his omnibus se ait exposuisse: *ἀπέλασεν πάσης τῆς μακροστενίας*: Respectum enim habebat, *inquit*, remunerationis, vitæ scilicet æternæ. Si ergo cœlestis gloriæ amplitudo tantum apud virum in terris afflictissimum potuit, ut in omnibus difficultatibus infractus permaneret, ecquæ nostra cæcitas est, ut illam felicitatem in mentem revocantes, eandem tamen constantiam non assumamus, in quæ laboribus & adversitatibus ceu mediis ad illam gloriam perveniendi certissimis, tolerandis, quamvis cum vitæ, in hoc morbi etiam genere finiendæ, discrimine, invictos nos non præbeamus? Pro exemplo autem nobis & posteritati serviat, Matrona præsentissima, in quæ omni muliebrum virtutum genere exercitatissima, CATHARINA, Viri Amplissimi & Consultissimi, Dn. CASPARIS JUNGERMANNI J. U. D. & Facultatis Juridicæ Subsenioris, generosissimi æque domus Schönburgiæ Consiliiarii eminentissimi uxor, quæ & ipsa jam communi morbo obruta quidem fuit, sed in illo ipso etiam oculis in cœlum erectis æternæ amplitudinem gloriæ ocys arripuit, ad eamque ipsius interventu morbi nunc pervenit quàm citissimè.

Nata est autem *ἡ μακαρίτης* Annæbergæ, oppido à fodinis metallicis sat nobili, anno Christi supra sesquimillesimum, octuagesimo quarto, die Mens. Februarii II, ex piis ac honestis parentibus, admodum Reverendo & Clarissimo Viro, Dn. Magistro *Pasalo Jenisse*, olim Concio-natore aulico primario, ac supremi Consistorii Dresdæ Assessore dignissimo; & *Catherinâ*, Dn. *Johann Seytwe* / quondam Serenissimi Principis *Georgii Ducis Saxoniz*, Secretarii intimi, & posthac Electoris Saxonici in fodinis Annæbergensibus Distributoris, ejusdemque Reipublicæ Senatoris prudentissimi filia. Qui parentes sibi curæ esse passim sunt, ut sua hæc filia, cujus singulari amore toti calebant, in pietate primis ab uogitulis, nec non aliis Christianarum virtutum exercitiis, tam domi, quàm in scholâ, probè iasformaretur. Cumque moribus ac virtutibus aliis ita profecisset, reique familiaris administrandæ modum per annos XXII. addidicisset, nupru data est suis à parentibus prædictis, anno supra millesimum sexcentissimum, quinto, superius nominato Dn. D. CASPARI JUNGERMANNI,

